

De prudenti cassita

Avis est parva, cui nomen est cassita¹. Ea in agris vivit, et pullis suis grano nutrit.

Hanc fabellam quam vobis narrabo non solum de animalibus sed etiam de hominibus loquitur.

Cassita pullos suos, qui parvi et implumes² erant nec volare poterant, in nido custodiebat: ea interea ibat in agris cibum quaesitum. Pullis dixit: «Cum abero, nolite e nido exire sed cavete. Attente aures praebete silentes».

Cum avis aberat, agri dominus advenit, cum filio suo loquens: «Vide, fili mi» inquit «Segetes³ iam maturae sunt. Opus est metere⁴. Ergo cras prima luce exhibis et amicos nostros petes. Ii venient, nobis auxilium⁵ dabunt, et nobiscum metent». Cassita ad nidum revertit, et pulli perterriti ei dixerunt: «Intra unum diem dominus cum filio et amicis veniet, segetes metet et nos nidusque noster delebimur⁶». «Tranquilli este,» respondet mater «nam dominus amicos rogavit, sed ii non venient. Suum quisque agrum curat, non alienum». Postero die nemo in agros messum venit et cassita iterum evolavit cibum quaesitum. Dominus et eius filius in agros venerunt, et pater iratus filio dixit: «Mali et pigri amici sunt, qui nobiscum laborare nolunt. I, igitur, ad cognatos⁷ nostros, qui certe laboratum venient». Cum cassita domum revenit, pulli plorabant et abire vo-

¹ Cassita, ae = allodola

² Implumis, e = implume, senza piume

³ Seges, segetis (f) = messe, raccolto

⁴ Meto, is, messui, messum, ere = mietere

⁵ Auxilium, ii = aiuto

⁶ Deleo, es, evi, etum, ere = distruggere

⁷ Cognatus, i = parente

lebant, nidum suum relinquentes. Matri domini verba dixerunt: «Vere-mur. Nonne, cum domini cognati advenient, ager et nidus noster dele-buntur?». «Minime. Ego tranquilla sum: etiam cras hīc nemo messum veniet». Sic fuit ut cassita dixit. Nam postero die, cognatis non venienti-bus, dominus filio: «Amici» inquit «non peiores nec pigriores sunt quam cognati, quia omnes pessimi et pigerrimi fuerunt. Opus est frumentum meti, et nos cras ipsi metemus». Cum pulli matri suae domini verba re-nuntiaverunt, ea tristis iis dixit: «Triste est dictu, sed nunc necesse est abire. Nam si dominus ipse veniet, segetes metentur et nos sine domo nostra manebimus». Itaque cassita cum pullis suis migravit, et segetes messae sunt.

Hoc fabella docet: si quid facere vis, ipse fac!

(Ivana Milani)